



est. et ingeniosus de quo proverbium esse dicunt. viciosos ac fallaces weitsaliu facilius quam stultos gignere. hic quoniam Theoderici mentio incidit. non est ab re pauca de eo referre. cuius in viros Illustres nostri seculi nemo locum negaverit. Dignus eius ex familia Norfensi apud Germanos principes honoratissima fuit. Tres fratres habuit. quos omnes supra. lxx. annis vixere. Henricus natus maior paternum principatum gubernavit. Johannes Monasteriensem ecclesiam multis annis usque ad exitum vite sue summa cum laude administravit. Valerianus et ad Traiectensem ecclesiam et ad Monasteriensem de fratre nequaquam aspiravit. quibus ad Traiectum patris Basilienensis favore et ad Monasteriensem Nicolai pontificis institutione uteretur. Theodericus ipse cum Bononie iuri pontificis operam daret a Johanne. xviii. summo sacerdote Colonienfes ecclesiaz obtinuit. cui iam. vii. et xl. annos sine plebis ac nobilitatis magno favore profuit. Qui et si plurima pro defensione ecclesie sue vario euentu bella gessit. In quibus modo strenui militis. modo fortissimi duelli officium implevit. nunquam tamen domestica ac Sacerdotalia munia. aut civile administratio neglexerit Corpore pulchro. et supra omnes staturam eminenti. auro magno. et pro liberali. cuius palatium illustribus se hospitibus paravit. In vestralos ac fracones Hassia iacis motana regio. quae a rhenio in septentrionem porrecta Turingie iugiter princeps genti Ludovicus Landgrafus etate nostra ad imperium vocatus Imperatorem se esse dixit quod tunc rei mole sustinere possit. Maluitque pro imperio a parentibus sibi relicto utilem posse. quam magnum accipere dillipare Id quoque sibi obstare ad rem christianam gerendam dixit quod leges ignoraret. fuit tamen legum cultor. quas sibi patrio sermone exponi iussit Quoties coram eo causa veterata est. nec unquam comptus est unquam tulisse sententiam. huius dum reformatur monasterium quoddam suae ditionis ingredi et invitatus cum Monachis edic. Venenum pro cibo incredulum supposuisse creditur. Quae et ipse et Abbas qui reformatores petierat paulo post extitit ferunt

De antioch  
in colome  
si Theo:  
Henricus  
Johannes  
Valerianus  
Theodericus  
Hassia  
Ludowicus  
Landgrafus